



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 98. Paulus Eber alius Protestantium Doctor mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

§. XCVIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1569.

*Paulus Eber alius Protestantium
Doct̃or mortuus.*

Mense Decembri ejusdem Anni insu-
per e Protestantium grege periit
Paulus Eber, seu Eberus in Germania
Minister, qui Kitzingæ in Franconia die
octava Novembris Anno a Christi na-
tivitate millesimo quingentesimo unde-
cimo natus dein Norimbergæ, ac Wit-
tembergæ studiorum stadia emenius est,
& Melanchtonis amicitiam sibi conci-
lians ibidem humaniores literas, ac
Theologiam cum magna laude trade-
bat. Intererat etiam Colloquio Wor-
matiensi, atque Anno reparatæ Salu-
tis millesimo quingentesimo quinquage-
simo octavo Wittembergensis Minister
creatus est: postea autem Jenam pro-
fectus ibidem literas docuit, aliisque
inter Protestantes officii defunctus est:
tandem etiam accessit Altemburgense
colloquium, anno priori die vigesima
Octobris inchoatum, Wittembergam
vero reversus anno ætatis suæ quin-
quagesimo octavo animam exhalavit.
Exstant diversa ejus opera, ac præpri-
mis Historia de populo Judaico, & Ca-
lendarium historicum præter alia.

*Melchior
Adam in
vit. Juris-
con. & Phil.
Med. Germ.*